Nouerint vniuersi Quod Nos Frater
Franciscus Monfar S. T. D. Monachus et Prepositus Penitend.(?)
Imperialis Monasterij sancti Cucuphatis Vallen. ordinis
diui Benedicti Immediate sancte Romane Ecclesie tam
in capitalibus quam in membris subiecti Pro Adm. Ill.i et R.do Dno
fratri Don Fran.co de Exil et Semmanat Dei et Apostolice
sedis gratia Abbati dicti Monasterij Pro sacra Catholica
et Regia Mag.te In presenti Principatu Cathaloniae et Com=
mitatibus Rossilionis Ceritaniae eius Cancellario, Vicarij
generalis dicti Monasterij, Frater Ioannes Baptista de
Cortell Arnau Prior et sacrista mayor, frater Iosephus de
Calbers Prepositus mayor, frater Gaspar de Planella et
de Cruylles Infermerius mayor, frater don Franciscus
Girona et Dança Beneficiatus Beate Mariae, frater Gre=
gorius Amat et de Olorda Infermerius minor, frater don
Iosephus Alemany, frater Marchus(?) Riaro(?) et de Cardona
Infirmarius, frater Iosephus Calbers Beneficiatus S.te
Fidei, frater Christophorus de Guialbes, frater don Gaspar
Casamitjana et de Exil Camerarius, frater Hieronymus
Codina, frater don Antonius de Vilallonga Operarius
et frater don Franciscus Ferreres Omnes Monachi
professi eiusdem Monasterij sancti Cucuphatis Vallen.
Conuocati et congregati de mandato dicti fratris Francisci
Monfar Vicarij generalis per dictum(?) sonum(?) Campane
ut moris est In [illegible] Capitulum eiusdem Monasterij, Ubi
pro his similibus et alijs dicti Monasterij communibus
negotijs conuocari et congregari consuetum est, Iuxta lon=
gam et antiquam hactenusque obseruatam consuetudinem, Ibi=
demque ex causa infrascripta Capitulum tenentes facien=
tes celebrantes et representantes, tanquam mayor et
sanior partes et plusquam due partes monachorum
Conuentualium predicti Monasterij sancti Cucuphatis
Vallen. Existentes in eodem Monasterio Residentium
Habita ratione absentium et impeditorum In presenti
Capitulo interesse non valentium Et sic conuocati et
congregati De nostra certa scientia et Gratis

Eis videlicet melioribus via modo et forma quibus melius de
Jure id facere possumus et debemus, facimus constituimus
creamus deputamus et solemniter ordinamus Verum certum
legitimum et indubitatum procuratorem yconomum et acto=
rem nostrum et negotiorum nostrorum et dicti nostri Mo=
nasterij infrascriptorum gestorem ac nuntium certum et spe=
cialem et ad infrascripta etiam generalem Ita quod specialitas
ipsi generalitati minime deroget nec e contra Vos
Dictum Rdum fratrem Franciscum Monfar Mona=
chum et Prepositum Peniten. ac vicarium generalem
presentis Monasterij sancti Victoriani ordinis predicti
convocatione et congregatione presentem Ad videlicet
pro nobis et nomine nostro et dicti Monasterij et Con=
ventus interessendum in Capitulo Provinciali dicto faciendo
celebrando in Civitate de Huesca Regni Aragonum
de primo venturo festo sancte Crucis Mensis Maij cum
continuatione dierum quibus expedierit ad quod sumus
voccati et moniti Et ibi dissentiendum et dissensus
quorumcumque adhibendum et prestandum ipsosque recu=
sandum reprobandum et impugnandum Porrigendum
quaecumque supplicationes, cedulas, litteras, et scriptu=
ras tam gratiam quam justitiam concernentes nomine
nostro et dicti Monasterij et conventus dandum offeren=
dum et presentandum eorumque provisionibus pe=
tendum et obtinendum Et de predictis omnibus et
singulis si opus fuerit unum et plura publicum et
publica instrumentum et instrumenta consimilia et diversa
continentia faciendum seu fieri faciendum instandum
et requirendum. Et generaliter omnia alia et singula
in premissis et circa ea necessaria utilia et quomodo=
libet opportuna que nos facere possemus personaliter
constituti faciendum dicendum procurandum et libere
exercendum, etiam si talia forent que mandatum
huiusmodi exigerent speciale et magis expressum, Et
sine quibus predicta adimpleri nequirent et aliqui=
omnino ad effectum. Nos enim in et super premissis

omnibus et singulis circa ea et super dependentibus
et emergentibus ex eisdem annexis et connexis ac ea
tangentibus quovismodo donamus committimus et comedi=
mus vobis dicto R.do fratri Fran.co Monfar procuratori yco=
nomo et actori nostro plenarie vices nostras cum plenis=
sima facultate et in sufficienti forma. Volentes vos dictum
Reverendum procuratorem yconomum et actorem nostrum
relevare in et super premissis ab omni onere satisdandi
fideiubendo mihi pro vobis. Promittimus vobis necnon
et notario et scriba infrascripto tanquam publice et
autentice persone haec pro vobis et eis ac alijs etiam personis
quorum interest et intererit recipienti
bus et singulis quorum interest et intererit recipienti
paciendi ac etiam legitime stipulanti. Nosque semper
habere ratum gratum validum atque firmum quicquid
per vos dictum R.dum procuratorem yconomum et
actorem nostrum in premissis et circa ea procuratum et ac=
tum fuerit quomodolibet sive gestum et nullo tempore revo=
care sub bonorum redditum et jurium nostrorum et dicti
Capituli et Conventus omnium obligatione ubique ypotheca
et sub omni juris et facti renuntiatione ad haec necessa=
ria pariter et cautella. Actum est hoc in Capitulo
dicti nostri Monasterij sancti Cucuphatis Vallen. die
decima septima Mensis Aprilis Anno a Nativitate
Domini Millesimo sexcentesimo trigesimo nono. Sig+
~~ʒ ʒ ʒ ʒ ʒ ʒ ʒ ʒ ʒ ʒ ʒ ʒ ʒ ʒ ʒ~~ na nostrorum fratris Francisci
Monfar vicarij generalis predicti, fratris Joannis Bap=
tiste de Castellarnau, fratris Josephi de Calders, fratris
Garsiani Planella et de Cruylles, fratris don Francisci Guerra
Sobranca, fratris Josephi Amat et de Olorda, fratris don
Josephi de Alemany, fratris Marci Ruart et de Cardona
fratris Josephi Calders, fratris Christophori de Gualbes,
fratris don Garsiani Casanitjana et de Erill, fratris Hiero=
nymi Codina, fratris don Anthonij de Vilallonga et fratris
don Francisci Farreras, Omnium monachorum professorum
et conventualium dicti Monasterij Constituentium capi=
dictorum qui haec laudamus concedimus et firmamus.



Testes huius rei sunt honor. D. Damianus Vsach
organista Monasterij predicti et Joannes Marti
cultor villae S.ti Cucuphatis Vallen. dioc. Barn.

Ego Mathias Borras auctoritate Apostolica atque
Regia per totam terram et ditionem sacre

4

Catholice et Regie Magestatis Domini nostri Hyspaniarum
Regis Notarius publicus ville sancti Christophoris Vallen. Dio.
Barb.ne ac scriba ordinarius omnium Negotiorum Imperialis
Monasterij sancti Christophoris Ordinis sancti Benedicti sancte
Romane Ecclesie tam in Capite quam in membris immediate subjecti
qui a premissis procuratoris yconomi et actoris constitutioni
potestatum dationi et earum mandato, dum sic ut premittitur
agerentur dicerentur et fierent, Una cum prenominatis testibus
presens interfui Deo in notam sumpsi a qua hoc presens
publicum instrumentum manu propria scriptum extraxi legi
et publicavi signoque et nomine ac cognomine meis solitis et consue-
tis signavi In fidem et testimonium omnium et singulorum pre-
missorum rogatus et requisitus Cum raso et emendato in linea
vigesima quinta pagine secunde folei primi ubi legitur de predictis:

5

+

Procuratio firmata per

Monasterium S[anc]ti Christophoris

vallen[sis] R[everen]do fratri Fran[cis]co Mon

fax s.t.d. preposito [illegible]

ad [illegible] in Cap[itul]o Pro

vinciali et ibi [illegible]

et [illegible] ponendo

GOBIERNO DE ARAGON